

melius quanto spiritalius servatum quam dissociatum coniugium dicitur. II.^o Secundo aequae secundum evangelicam veritatem causa fornicationis⁶³, unde in concilio Africano capitulo LXVIII ita scriptum habetur: *Placuit⁶⁴, ut secundum evangelicam et apostolicam disciplinam neque dimissus ab uxore neque dimissa a marito alteri coniungantur, sed ita maneant aut sibimet reconcilientur; quod si contempserint, ad paenitentiam redigantur.* Item in concilio Heliberritano: *Femina⁶⁵ fidelis, quae adulterum maritum reliquerit fidelem et adulterum^p ducit, prohibeatur, ne ducat. Si duxerit, non prius accipiat communionem, nisi quem reliquit de^q saeculo exierit, nisi forte necessitas infirmitatis dari compulerit.*

III.^r Si quacumque de causa rationabiliter dissociantur, unde Innocentius ad Exuperium Tolosanum episcopum capitulo VII: *De⁶⁶ his etiam requisivit dilectio tua, qui interveniente repudio alii se matrimonio copularunt^s, quos in utraque parte adulteros esse manifestum est. Qui vero vel uxore vivente, quamvis dissociatum esse videatur coniugium, ad aliam copulam festinarunt, neque possunt adulteri non videri, in tantum, ut etiam hae personae, quae talibus coniunctae sunt, etiam ipse et adulterium commisisse^t videantur secundum illud, quod legimus in evangelio: Qui dimiserit uxorem suam et duxerit aliam, moechatur; similiter^u et^u qui dimissam duxerit, moechatur; et ideo omnes a communione fidelium abstinendos. De parentibus autem aut propinquis eorum nihil tale statui potest, nisi si incentores illiciti consortii fuisse detegantur.*

III.^v In concilio Agathense de his, qui sine causa uxores suas relinquunt, ita scriptum est: *Hi⁶⁷ vero saeculares, qui coniugale consortium nulla culpa graviore dimittunt vel etiam dimiserunt, et nullas causas discidii probabiliter proponentes, propterea sua matrimonia dimittunt, ut aut aliena aut illicita*

o) am Rand A. p) so A; alterum *Elvira und Paris*. Lat. 2866 (*De divortio*). q) danach etwa zwei Buchstaben radiert A. r) am Rand A. s) -runt auf Rasur A. t) verb. aus commissae A. u) auf Rasur A. v) am Rand A.

⁶³) Vgl. Matth. 5, 32; 19,9.

⁶⁴) Karthago 407 c. 69 des Codex canonum ecclesiae Africanae in der Zählung der Collectio Dionysio-Hadriana (CC 149 S. 218, 1230–1233, letzter Satz ausgelassen) = Collectio Dacheriana c. I, 74 (d' Achery / de la Barre, wie Anm. 22, S. 527).

⁶⁵) *Elvira* c. 9 (Vives, wie Anm. 21, S. 3), u.a. überliefert in der Collectio Hispana (Martínez Díez [wie Anm. 19] 4 S. 244, 186–245, 189) = Collectio Dacheriana I, 76 (d' Achery / de la Barre, wie Anm. 22, S. 527).

⁶⁶) Papst Innozenz I. an Exsuperius von Toulouse (JK 293, Wurm, wie Anm. 26, S. 72,3–74,14), als c. 6 überliefert in der Collectio Hispana und mit der Inschrift c. 6 in der Collectio Dacheriana c. I, 73 (d' Achery / de la Barre, wie Anm. 22, S. 527).

⁶⁷) Agde 506 c. 25 (CC 148 S. 204, 224–231), u.a. überliefert in der Collectio Hispana (Martínez Díez [wie Anm. 19] 4 S. 130,278–131,284) = Collectio Dacheriana c. I, 77 (d' Achery / de la Barre, wie Anm. 22, S. 527).